

**ACERCA DEL USUFRUCTO**  
**LIBRO SÉPTIMO DEL DIGESTO DE JUSTINIANO**

Textos latino y español

### III

## QUANDO DIES USUS FRUCTUS LEGATI CEDAT<sup>26</sup>

**1** *ULPIANUS libro septimo decimo ad Sabinum* Quamquam usus fructus ex fruendo consistat, id est facto aliquo eius qui fruitur et utitur, tamen semel cedit dies:<sup>27</sup> aliter atque si cui <in menses vel> in dies <vel in annos> singulos quid legetur: tunc enim per dies singulos <vel menses vel annos> dies legati cedit. unde quaeri potest, si usus fructus cui per dies singulos legetur <vel in annos singulos>, an semel cedat: et puto non cedere simul, sed per tempora adiecta, ut plura legata sint: et ita libro quarto digestorum Marcellus probat in eo, cui alternis diebus usus fructus legatus est. **1** Et ideo si is fructus legatus sit, qui cottidie percipi non potest, non erit inutile legatum, sed dies habebunt legatum, quibus frui potest. **2** Dies autem usus fructus, item usus non prius cedit quam hereditas adeatur: tunc enim constituitur usus fructus, cum quis iam frui potest.<sup>28</sup> hac ratione et si servo hereditario usus fructus legetur, Iulianus scribit, quamvis cetera legata hereditati adquirantur, in usu fructu tamen per-

<sup>26</sup> Todo el párrafo pertenece a la masa sabiniana.

<sup>27</sup> *Quamquam usus fructus...* cfr. Fr. Vat. 59.

<sup>28</sup> *Dies autem...* cfr. Fr. Vat. 60.

### III

## CUÁNDO CEDE EL DÍA<sup>78</sup> DEL LEGADO DE USUFRUCTO

**1** *ULPIANO en el libro décimo séptimo A Sabino* Aunque el usufructo consiste en disfrutar, esto es, algún hecho de aquel que usa y disfruta, sin embargo, el día cede una vez. Y de otro modo es si se lega algo a alguien para cada mes, para cada día o para cada año, pues entonces el día del legado cede para cada día, para cada mes o para cada año. De donde puede preguntarse, en caso de que el usufructo se legara a alguien para cada día o para cada año, si el día cede una vez. Y pienso que no cede una vez, sino que cede por tiempos añadidos, como si fueran muchos legados. Y así aprueba Marcelo, en el libro cuarto *De los digestos*, respecto de aquel a quien se legó un usufructo para días alternos. **1** Y por eso, si se legara ese usufructo que no puede percibirse todos los días, no será inútil el legado, sino que tendrá legado los días en que se puede disfrutar. **2** Pero el día del usufructo, igualmente el del uso, no cederá antes de que se acepte la herencia, pues entonces se constituye el usufructo cuando alguien ya puede disfrutar. Por esta razón, también si el usufructo se legara a un esclavo hereditario,<sup>79</sup> Juliano escribe que aunque los demás legados se adquieran para la herencia, sin embargo, respecto del

<sup>78</sup> Se trata del *dies cedens*, fecha determinada en que se inicia la expectativa de recibir el legado, por ejemplo, el día de la apertura del testamento.

<sup>79</sup> El *servus hereditarius* es el que forma parte de una herencia yacente, que todavía no ha sido aceptada por el heredero, por lo tanto la herencia no tiene dueño, es decir, no tiene “persona”.

sonam domini exspectari, qui uti et frui possit. **3** Item si ex die usus fructus legetur, dies eius nondum cedit, nisi cum dies venit: posse enim usum fructum ex die legari et in diem constat. **4** Non solum autem usus fructus ante aditam hereditatem dies non cedit, sed nec actio de usu fructu: idemque et si ex die fuerit legatus usus fructus: denique Scaevola ait agentem ante diem usus fructus nihil facere, quamvis alias qui ante diem agit, male agit.

usufructo se espera a la persona del dueño,<sup>80</sup> que puede usar y disfrutar. **3** Igualmente, si se legara el usufructo a partir de un día, el día del legado no cederá sino hasta que llegue el día,<sup>81</sup> pues consta que el usufructo se puede legar a partir de un día y hasta un día determinado. **4** Pero no sólo no cede el día del usufructo antes de aceptada la herencia, sino que tampoco hay acción de usufructo; y lo mismo también si se legara el usufructo a partir de un día. Finalmente, Escévola dice que el que demanda antes del día del usufructo, nada hace, aunque, por otra parte, quien demanda antes del día, demanda mal.

<sup>80</sup> Es decir, se espera saber quién será el dueño del esclavo.

<sup>81</sup> Se trata del *dies veniens*, fecha en que el heredero adquiere la herencia, y el legatario, por lo tanto, el legado.